



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi  
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &  
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ  
propriarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

**González Téllez, Emanuel**

**Francofurti Ad Moenum, 1690**

Caput IV. Urbanus III. de (a) Novoloco, & de Viget Prioribus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74526)

Burchard. *lib. 1. 71. & 108. lvo p. 5. cap. 176. & 210. ex alia versione Sardiceni cap. 15. Græcis, Latinis 18. & 19. apud Gratianum dist. 71. cap. 1. Hujus Sardicenis canonis mentio fit cap. 5. Concilii Carthag. 1. & Concilii Tribur. cap. 28. & Aquisgran. cap. 55. Constantinop. œcumenic. cap. 2. Græcis, 2. & 3. Latinis, ex quibus est 9. q. 2. cap. 8. & 9. Chalcedon. etiam Generali, cap. 20. ex quo est dist. 71. cap. 4. & ex Ansel. alia editione cap. 97. lib. 99. apud quem non male quod Gratianus ait: *Aterius civitatis Ecclesiis ordinari*: legitur. In *alterius civitatis Ecclesiis statutos fieri*. Quod etiam est in Triburienti Concilio cap. 28. hoc *constitui* appellatur 21. q. 2. cap. 1. quod non ex 7. Synodo est, sed Constantinop. 7. cap. 17. apud Græcos, apud quos plura verba ejusdem canonis extant, & pro *constitui* est. Hactenus Græci. Hispanas Synodos de eadem re laudamus. Valentin. Concil. cap. 6. non solum alienum clericum ordinari vetat, sed ut localem futurum se promittat, jubet; sic enim *residentem* appellat. Bracharen. 1. cap. 26. idem de ordinibus statuit. Addamus ex aliis provincijs, Ecclensis cap. 6. Arvern. cap. 10. Cabilon. cap. 13. Aquisgran. cap. 45. quod referuntur verba Nicæni Concilii cap. 16. Arausic. 1. cap. 8. & 9. Veneric. cap. 10. Aurel. 3. cap. 15. Adde hujus collectionis caput 28. quod hujus capituli esse pars videatur. Post hæc scripta invenimus Concilium Chalcedon. cap. 3. *actio. 6.* ex quo emanavit caput 20. ejusdem Concilii: *Cleros*, inquit, *in Ecclesia constitutos non licere alterius civitatis Ecclesia deputari, sed permanere illic, in qua ministrare deputati sunt.* Quæ verba sunt cap. 20. Græcis, in quo additur tantum dictum tertium caput.] Hac canonum collectio sub nomine capitulorum Hadriani edita fuit anno 785. ea autem excerpta est ex antiquis canonibus, Pontificum epistolis, & ex breviario Codicis Theodos. In ea verò aliqua apocrypha fuisse compilata refert Marcha *lib. 7. concord. cap. 20.* Prosequitur*

Ant. Augustinus, [Nullum alterius Judicis, nisi sui, sententiâ teneri, &c. Præter Nicæni cap. 76. verba refert Julius ex eadem Synodo cap. 34. ejusdem epist. 2. Item Callixtus dicta epist. 2. Xystus I. dicta epist. 2. ante Callixtum Zephyrinus epist. 1. post Callixtum Fabianus epist. 3. ex qua est questio 6. cap. 3. totidem verbis Xystus III. cap. 3. epist. ad Orientis Episcopos; & ante Xystum Eusebius epist. 3. ab Apostolis, & eorum successoribus id esse constitutum ait, cujus verba refert Burchardus *lib. 1. cap. 165.* ex Ivone p. 5. cap. 275. *Decreti.* Eorum Pontificum verba nescio quomodo in constitutione Gratiani, & aliorum Imperatorum leguntur *lib. 7. tit. 48. cap. ult. Cod. Justin.* quo Zephyrinus est multis seculis antiquior (fuit enim Severi Imperatoris tempore) quod legibus seculi ait fuisse constitutum: eandem refert totam ex parte Gregor. *lib. 11. cap. 54. epist. 52. regestri.* Aniani verbis videntur nostri delectati, aut Anianus nostrorum PP. verbis 35. l. 4. tit. 14. C. Theodos. hujus thematis verbis utitur: eadem verba sunt cap. 14. *Magunt.* sub Amulpho, & *lib. 7. cap. 308. Capitul.* Hactenus Antonius Augustinus.

(b) *Nec judicare.*] Et sicut ordinatio injuste fit, cap. *Episcopus 7. q. 1.* ita & sententiâ incompetente Judice lata, est nulla, cap. *nullus. 9. q. 2. excommunicatio quoque nulla est, cap. novit, de offic. deleg. cap. à nobis 28. de sentent. excom. cap. 12. in fine, de penit. & remiss. cap. ultimo, de constit. lib. 6.* non enim licet Judicibus extra territorium suum jus dicere, l. *final. ff. de jurisdic. dicemus in cap. à nobis, de sentent. excom. ne quisdem ex interdictione, l. 3. C. de interdictione, nec ejus rei notionem præripere, quæ alterius examini & jurisdictioni est demandata, l. *final. C. de offic. Comit. sacr. Palat.* Rationem reddit Justinianus in l. *consulta, C. de restam.* his verbis: *Promissis actibus rem turbantur officia, si quod uni creditum est, alter subtrahat.* Commentarium hujus textus dedi in tit. de temporibus ordin.*

## CAPUT IV.

Urbanus III. de (a) Norvoloco, &amp; de Viget Prioribus.

Super eo verò, quod apud vos intelleximus dubitatum, an quod de finibus, & his, quæ finibus coherent, non præscribendis statutum per canones esse dignoscitur, sit in parochiarum limitibus, sicut in provincialibus admittendum: illud vobis duximus respondendum, quod bene videtur in utroque servandum, si provincialium fines legitimâ probatione, vel aliâ indubitâ fide constiterit ecclesiasticâ ordinatione statutos.

## NOTÆ.

(a) **N**orvoloco. Ita habetur in prima collectione, sub hoc tit. cap. ultimo, post Concilium autem Lateran. pag. 38. cap. ultimo, legitur *Turgam.* Sed cum in prima collectione

addatur pars capituli *prout*, inde cognoscitur, in præfenti referri partem textus in cap. *prout 4. de dolo & contumacia*, ex quo præfens inscriptio restituenda est, & commentarium hujus textus petendum est ex traditis in cap. 3. de probat. cap. *quia 9. de præscript.*